

Lauda

#02
August 2020

TÍTULO
"The Papal Bull Ad ea ex quibus of
Pope John XXII"

AUTHOR
Several sources, including Torre do
Tombo Lisboa, etc.

LANGUAGE
English / Latin

TYPE
Facsimile

DISCLAIMER
The document is provided as is.


DIVISIÓN
Templar Corps International |
Academy
w: templarcorps.org/academy
e: academy@templarcorps.org



BULA "AD EA EX QUIBUS CULTUS AUGEATUR" BY POPE JOHN XXII FOR WHICH HE INSTITUTED THE KNIGHT ORDER OF OUR LORD JESUS CHRIST

On March 14, 1319, by the bull Ad ea ex quibus, Pope John XXII, instituted the Order of Cavalry of Christ, thus acceding, after long years of negotiations, to the claims of D. Dinis to maintain in his kingdom a military religious order with a mission identical to that of the suspended Order of the Temple. In the new militia, D. Dinis will incorporate the knights, the assets and privileges that belonged to the Portuguese Templars.

The Order of the Temple in Portugal is thus continued, under the name and insignia of the Knights of Our Lord Jesus Christ, much like the original name with which the Order of the Templars was born in Jerusalem: the Poor Knights of Christ.

The headquarters of the new order will initially be in Castro Marim, at the mouth of the Guadiana and on the border with Al-Andaluz. About seventy years later, the Order of Christ returns to the Castle of Tomar to constitute its second and definitive seat there.





Joannes Episcopus, Servus Servorum Dei. Ad perpetuam rei memoriam. Ad ea, ex quibus cultus augetur divinus, fidelium quies in quiete proficiat, & defensionis munus, & vallum fidei inextinguibile ac versus incurtus infidelium hostium opponatur, adhibemus plenius affectibus sollicitudinis vestrae curas. Sanè dudum felicis recollectionis Clemens Papa V. Prædecessor noster, quondam Ordinem Militiæ Templi Hierosolymitani ex certis rationalibus causis, ejusque statum, habitum, ac nomen in Concilio Vienensi, eodem approbante Concilio, irrefragabili, & perpetuo valitura sustulit sanctione, illum perpetuo prohibitioni supponens ac districtius inhibens, ne quis dictum Ordinem, vel habitum ejus suscipere, seu deferre, vel pro Templario se gerere quomodolibet attentaret, bonis omnibus dicti Ordinis Apostolicæ Sedis ordinationi specialiter reservatis, dictusque Prædecessor attendens, quod dilecti filii, & Magister, & Fratres Hospitalis Sancti Joannis Hierosolymitani fidei Orthodoxæ cultores industrii, & Christianæ Religionis in transmarinis præcipuè partibus strenui defensores, pro defensione illarum partium, & recuperatione Terra Sanctæ dæcebant, sicut & ducunt, pericula qualibet in contemptum, post deliberationem super hoc cum suis Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalibus, necnon Patriarchis, Archiepiscopis, Episcopis, aliis, & nonnullis Principibus, & illustribus viris, necnon Prælatorum absentium, Capitulorumque atque Conventuum Ecclesiarum, seu Monasteriorum Procuratoribus, tunc in dicto Concilio constitutis, præhabita diligentem, omnia bona dicti quondam Ordinis Templi, quæ idem Ordo tempore, quo Magister, & nonnulli ex Fratribus dicti quondam Ordinis in Regno Franciæ communitè capti fuerunt, videlicet, anno Domini millesimo trecentesimo octavo, mense Octobris, per se, vel quoscumque alios habebat, tenebat, & possidebat ubilibet, vel ad dictum Ordinem, ipsosque Magistrum, & Fratres ipsius pertinebant, seu pertinere puterant, & debebant, Ordini dicti Hospitalis, ipsique Hospitali donavit, concessit, univit, incorporavit, applicavit, & annexuit in perpetuum de Apostolicæ plenitudine potestatis, bonis illis, quæ idem Ordo Templariorum in Regnis, & terris charissimorum in Christo filiorum nostrorum Castellæ, Aragoniæ, Portugaliz, & Maioricarum Regum illustri-

Bulla foundationis.

rum hostium Fidei consistente, eisque contiguo, nova Militia pugilum Christi, qui dimissis vanitatibus famuli Sanctæ Religionis spontanei professores circa zelum veræ Fidei sint accensi, poterat collocari, quorum ope, & prompto præsidio, prædictis injuriis, damnis, & malis, quorum illationi fera manus hostilis jam dudum vocavit, liberius obvari salubriter poterit in futurum, & via præstari facilior, non solum ad resistendum hostium congressibus, sed etiam ad impetus, & conatus conterendos ipsorum, ac propulsandum eosdem, & recuperandam partes alias intermedias per ipsorum hostium jam olim fraudulenti infidelis occupatas. Exposuerunt quoque nobis Procuratores prædicti, quo occurrit acceptis votis nostris, quod idem Rex præmissa commoda Fidei in examen attentæ considerationis inducens, tanquam Princeps Christianissimus Deo devotus, dictum Castellum, ex quo sibi non parva proveniebat utilitas temporalis, ob tantum hominum eidem Fidei preventurum, cum mero, & mixto imperio, variisque jurebus, & jurisdictionibus paratus erat prædictæ novæ Militiæ novi Ordinis tibi ordinandæ ex sua propria munificentia, donatione perpetua largiri. Propter quod Procuratores prædicti Nobis ex parte ipsius Regis humiliter supplicarunt, ut ejus in hac parte pio desiderio annuentes, novam Militiam pugilum Christi religiose reverentium in dicto Castro constiturere dignaremur. Nos itaque prædictis causis, & rationibus diligentius intellectis, easque in attentæ meditationis indaginem deducimus, propter securitatem Fidelium, & tutelam, plurimamque bona exinde emanante Domino, preventura, cum Fratribus nostris super his diligenti deliberatione præhabita, ejusdem Regis laudabile in hac parte propositum disposuimus favorabiliter prosequendum. Propter quod de ipsorum Fratrum consilio, & Apostolicæ plenitudine potestatis ad infra scriptam ordinationem, divinam super hoc invocantes auxilium, duximus procedendum. Cum enim illa sæcula diæterum Saracencorum natio, & impia Christiani nominis inimica in frontieris dicti Regni Algarbii contiguis terminis, ut prætergitor, constituta Regnum ipsam, ejusque Fideles in summi Regis offensam per successus (proh dolor!) retro temporum diversarum tribulationibus multis afflixerit, periculis subjecerit variis, & feritatem frequenter armaverit, sicut & armare conatur in exterminium eorundem,

1. Nos eidem Regi, & Regno, ac Fidelibus adversus eorundem hostium conatus nefarios deprimerendos, assistente nobis divina præsidio, prospicere cupientes, in prædicto Castro-Marino Domum novi Ordinis pugilum Christi providimus ordinandam, quam quidem Domum ipsius Ordinis caput esse decernimus.

2. Et

Bulla fundationis.

extra Regnum Francie habebat, seu possidebat, & ad eum poterant debite quomodolibet pertinere, dumtaxat exceptis) quæ dictis Prædecessor certis ex causis pro parte Regum ipsorum præteritis à donatione, concessione, unione, incorporatione, & annexatione prædictis excepit specialiter, & excussit, ea nihilominus dispositioni, & ordinariæ Apostolicæ reservando; sed re propter præteritionem causarum hujusmodi dictorum bonorum in dictis Regnis, & terris consilientiam, ordinatio diutius differretur, idem Prædecessor certum terminum dictis Regibus per suas literas peremptorium assignavit, in quo per Procuratores, seu Nuncios idoneos plenum ad hoc speciale mandatum habentes cum omnibus rationibus, & monumentis ad causas pertinentibus memoratas Apostolico se conspectui præsentarent, informantur eum de veritate causarum, & essentia prædictarum, ejuscue super illos ordinationis beneplacitum audituri; post hæc autem charissimus in Christo filius noster Dionysius Portugalia, & Algarbii Rex illustris propter hoc ad prædecessoris ejusdem, & subsequenter ad nostram (postquam fuimus, Domino permittente, ad apicem Apostolicæ dignitatis assumpti) præsentiam Nuncios suos diversis vicibus destinavit, proponi faciens diversas rationes, & causas, propter quas bona ipsa in Regnis suis existentia uniri, & incorporari non posse memorate Ordini Hospitalis, absque suo, & Regnorum suorum evidenti præjudicio, & dispendioso periculo asserbat. Cujus in hac parte causas, & rationibus coram Nobis, & Fratribus nostris expositis diligenter auditis, post longam causam, & diuturnam examinationem, eam cum dilectis filiis Petro Petri Canonico Colimbricensi, & nobili viro Joanne Laurentii de Monte Seratio, Milite, Nuntius, & Procuratoribus dicti Regis ad hæc legitimum mandatum habentibus, & etiam speciale, cujus mandati copiam præsentibus inferi iussimus ad cautelam, habuimus caligentem. Inter alia per Procuratores eosdem exposita Nobis fuerunt graves injuriæ, innumera damna, & alia multiplicia, & enormia mala non facile commemoranda præsentibus, quæ hostes Fidei Sarraceni perfidi jam totò antiquis, & continuatis successivè temporibus, partibus illis, quas fideles inhabitant, hostibus ejusdem continuis intulerunt, & inferre non cessant; qui inter cætera adhibenda remedia ad eorumdem hostium molimina refrænanda, utpotè de conditionibus illarum partium plenam notitiam obtinentes, ac de ipsius Regis conscientia ad plenum insulti apertaverunt Nobis plures causas necessarias, ac erigentes, & probabiles rationes, quod in Castro Marino, Sylvensis Diocesis in dicto Regno Algarbii constituto castro, (utpotè valido) quod inexpugnabile quodammodo reddit loci dispositio naturalis, in fronteria dicto-

F. 111

Bolla foundationis.

2 Et eidem Parochialem Ecclesiam Sanctæ Mariæ ejusdem Castrici dicte Silvensis Diocesis, cum omnibus juribus, & pertinentiis suis donamus, concedimus, annectimus, & unimus, ac ad honorem Dei, & exaltationem Catholice Fidei, tutelam Fidelium, & depressionem infidelium predictorum in dicta Domo predictum Ordinem institui-mus auctoritate Apostolica, & etiam ordinamus.

3 In quo prefata Militia Fidei athletarum, qui Ordinem proprium profiteantur, sub observatione regulæ de Calatrava ejusdem regula-reant, observantias servaturi, idonei, & in Fidei soliditate præstantes, de-beant collocari, ut sic idem Regnum, & Fideles eò ferventiùs dictis hostibus resistere valeant, quò pluriùm viribus conflatis in unum maiori potentia fulciantur, auctoritate Apostolica de ipsorum Fratrum con-silio statuentes, quòd Ordo predictorum Militum ejusdem novæ Mi-litiæ, Ordinis Militiæ Jesu Christi perpetuis futuris temporibus nun-cietur, ac dilectum Egidium Martini, olim Magistrum Domus Or-dinis Militiæ Calatraven-sis de Avisio, Elborensis Diocesis, ejusdem Galatraven-sis Ordinis professorem, de cujus vita mandata, Religio-nis zelo, morum castitate, strenuitate personæ, integritate Fidei, & ceteris sibi probitatis meritis laudabilia Nobis testimonis sunt, eidem Ordini Militiæ Jesu Christi de ipsorum Fratrum con-silio, auctoritate prædicta præficimus in Magistrum, ipsum à Magis-terio prædicti Ordinis Galatraven-sis de Avisio, auctoritate præsentium absolventes, sibi que curam, gubernationem, & administrationem dic-ti Ordinis Militiæ Jesu Christi plenarie committentes, alienatione bonorum immobilium dicti novi Ordinis sibi, & suis successoribus, & membris ejus omnibus penitus interdicta, nisi in casibus à jure per-missis, & forma juris debite observata, dilectis filiis, Fratribus dicte Domus de Avisio, vel iis, vel ei, ad quos, vel quem Magistri præ-dicti Domus electio, vel provisio pertinet eligendi sibi personam ido-neam, vel providendi de persona idonea in Magistrum, dantes, te-nere præsentium, liberam facultatem.

4 Diclumque Ordinem, Magistrum, qui nunc, & qui pro tem-pore fuerit, ac Fratres ejusdem Ordinis, ejusdem privilegii, liber-tatibus, & indulgentiis gaudere volumus, quibus Magister, & Fra-tres Calatraven-ses gaudent.

5 Cui quidem Ordini plena super hoc cum eisdem Fratribus de-liberatione præhabita, & de ipsorum consilio ex causa præmissa Cas-tram-Album, Langroviann, Thomarium, & Almourol, necnon omnia alia castra, fortalitia, & bona mobilia, & immobilia, univèrsa, & singula quæcumque, & in quibuscumque consistencia, tam Ecclesial-tica, quam mundana, necnon nomina, actiones, jura, jurisdic-tio-nes,

nes, imperium merum, & mixtum, honores, homines, & vassallos quoscumque, cum Ecclesiis, Capellis, & Oratoris quibuscumque, ac suis juribus, terminis, & pertinentiis universis, quacumque Ordo quondam Templi in prefatis Portugaliae, & Algarbi Regnis tenebat, habebat & habere debebat, quacumque sint, & in quibuscumque consistant, & quocumque nomine censeantur, & ad eum quacumque ratione, vel causa debeant, vel poterant pertinere, auctoritate praedicta concecimus, donamus, unimus, incorporamus, anneximus, & in perpetuum duplicamus. Decedentes interim, & inane, si factis super praedictis Castellis, à quocumque quavis auctoritate, scienter, vel ignoranter attentatum forsitan est hactenus, vel contigerit in posterum attentari.

6. Dictique Procuratores, procuratorio nomine dicti Regis, prout de speciali mandato eis super hoc facto à Rege praedicto poterant, donaverunt dictam Castram-Marinum pura, & irrevocabili donatione Deo, & dicto Ordini, ac Nobis recipientibus pro Ordine novae Militiae Jesu Christi, & Magistro praedictis cum omni jurisdictione, merito, & mixto imperio, hominibus, vassallis, homagiis fidelitatis, seu alterius juramenti praestationibus, juribus, & pertinentiis universis, quacumque sint, & in quibuscumque consistant, & quocumque nomine censeantur, & cum pleno, ac libero, & integro exercitio eorundem, & quidquid juris in proprietate, dominio, seu possessione, vel quasi jure patronatus, jurisdictione, merito, & mixto imperio, hominibus, vassallis, homagiis fidelitatis, seu alterius juramenti praestationibus, honoribus, hominibus, actionibus, seu aliis quovis modo eidem Regi in praedictis Castris nominatis, & aliis Castris, terris & locis non expressis, foralicis, & bonis, cum terminis, & pertinentiis suis, quae praedictus Ordo quondam Templi tempore dictae captivitatis Magistri, & Fratrum praedictorum tenebat, habebat, vel habere debebat, quacumque sint, & in quibuscumque consistant, & quocumque nomine censeantur, & ad eum quacumque ratione, vel causa debeant seu poterant pertinere, in Regnis, & terris Regis ejusdem, dictus Rex habebat, vel ad eum in eisdem possint quomodolibet pertinere, eidem novo Ordini Militiae Jesu Christi in nostra, & dictorum Fratrum praesentia concesserant, dederunt, & donaverunt, libere, munifice, pure, simpliciter, & irrevocabiliter inter vivos, promittentes procuratorio nomine dicti Regis, prout similiter in mandatis habebant, quod idem Rex, postquam ad eum praemissa pervenerint, quamprimum commodè poterit, dictam Castram-Marinum, necnon universa Castra, foralicia, terras, loca, bona, & jura praedicta prefatis Magistro, & Fratribus ejusdem nove Or-

Or-

Bulla foundationis.

Ordinis faciet tradi, & assignari integraliter cum effectu, ipsisque dictorum Castellorum, terrarum, locorum, bonorum, jurisdictionis, nec, & nuxti impetu, & aliorum iurium predictorum, plena, & pacifica possessione, & quasi gaudio, amotis quibuscumque detentibus ab eisdem, eisque de ipsorum fructibus, redditibus, proventus, iuribus, & obventionibus, & aliis universis integre respondere.

7 In predicto autem Ordine per Nos, ut praemittitur, noviter instituto dilectus filius Abbas Monasterii de Alcobaca Cisterciensis Ordinis Lisbonensis Diocesis, qui est, & erit pro tempore, visitationis, & correctionis officium tam in capite, quam in membris, quoties expedierit, debeat exhibere corrigens, reformatans in eo fueris temporibus, quae correctionis, & reformationis auxilio indigere prospexerit, quaecumque licet Ordini Cisterciensi in Calatravensi Ordine, contrahectores per censuram Ecclesiasticam, appellatione postposita, compescendo.

8 Volumus insuper, quod praefatus Abbas, qui est, & pro tempore fuerit, vel ejus locum tenens, vel, loco vacante, Administrator Monasterii à dicto Magistro novi Ordinis Militiae Jesu Christi, qui est, & successoribus ejus, qui pro tempore fuerint, juramentum fidelitatis nomine nostro, & Romanae Ecclesiae recipere debeat sub forma infra scripta, quoties in eodem novo Ordine Magister aliquis assumetur; dictisque Abbas formam juramenti praedicti, quod dictus Magister praestabit, quam citius commode poterit, Sedi Apostolicae destinare procuret.

9 Dicoque juramento praestito, ac nihilominus postea pro plena securitate ipsorum, Regis, & Regnorum Portugaliae, & Algarbii, & ad propellenda imminuentia sui quaeque pericula, quo praefatus Magister Ordinis Militiae Jesu Christi, & successoribus sui Magistri novi Ordinis memorati, qui erunt pro tempore, vel, dictis Magistris absentibus, eorum loca teneantes, antequam administrationi hujusmodi bonorum se ingerant, coram dicto Rege, qui tunc est, vel qui pro tempore fuerit, si Regem ipsum tunc in aliquo dictorum Regnorum Portugaliae, seu Algarbii fore contigerit, personaliter se praesentent, eoque praestent juramentum personale, & homagium faciant sub hac forma, videlicet, quod ipse Magister fidelis erit dicto Regi, & per se, vel alium nunquam aliquid faciet, vel fieri, seu procurari consentiet publice, vel occulte, propter quod eidem Regi, & suis, vel Regibus, aut tenis ejus aliquod damnum valeat evenire; quod si forte levet aliquid procurari, vel fieri, quod in damnum dicti Regis, aut Regnorum, & terrarum ipsius esset, vel cedere posset, id eidem Regi, quam citò poterit, iurabit, vel faciet intimari, & nihilominus im-

Bulla fundationis.

pediet juxta posse, quòdque de Castris, villis, locis, & bonis, & juribus, ac hominibus, quæ dictus novus Ordo Militiæ Jesu Christi habet ad præsens, vel habebit in posterum in Regnis, & terris prædictis, nunquam dicto Regi, vel Regnis, ac terris, vel subditis suis, eodem Magistro sciencie, volente, mandante, aut ratum habente, ali-quod damnum eveniat in futurum; quòd si fortè id sciverit, vel fen-serit, totis impediat viribus, & quantum in eo fuerit, amovebit. Ju-ramentum verò, & homagium supradicta per dictum Magistrum non ratione dictorum honorum, sed ratione personæ præstantis Regi, præstari, & fieri volumus supradicto, nullumque ipsi Regi ex iura-mento, vel homagio supradictis in bonis eisdem quomodolibet jus acquiri.

10 Quod quidem juramentum, & homagium idem Rex intra cecem dierum spatium, postquam à Magistro, qui est, & erit pro tempore, fuerit requisitus, ab eodem Magistro offerente recipere teneatur. Quòd si Rex ipse juramentum, & homagium hujusmodi in-tra terminum istum fortè recipere non curaret, liceat dicto Magis-tro, qui est, & erit pro tempore, absque prædictorum præstatione, & Regis ipsius licentia recedere, & officium Magisterium honorum hu-jusmodi exercere liberè, & sicut pro utilitate novi Ordinis sibi vide-bitur expedire, administrare plenariè in eisdem; si verò in primo ejus-dem Magistri dicti novi Ordinis Militiæ Jesu Christi adventu, quem nunc præficiamus, & qui præficietur pro tempore ad Regna prædicta, dictam Regem, qui nunc est, vel qui pro tempore fuerit, ab ipsis Regnis abesse fortè contigerit, idem Magister locum tenenti dicti Re-gis teneatur juramentum præstare, & homagium facere, sicut superius est expressum; & si contigerit fortassis interdum, quòd Ordini, & bonis prædictis Magister aliquis non præcesset, locum tenens ipsius, aut ille, qui honorum ipsorum administrationem habuerit, præfato Regi, vel ejus locum tenenti, ipso Rege à prædictis Regnis absente, juramentum præset, & homagium faciat supradicta.

11 Inferiores quoque Præceptores dicti Ordinis Militiæ Jesu Christi, cumque locum tenentes, cum Præceptores ipsos à dictis Re-gnis ejusdem Regis abesse contigerit, antequàm incipiant in bonis administrare prædictis, afferre juramentum, & homagium hujusmodi dicto Regi, si ipse in aliquo loco dictorum Regnorum, in quo Præ-ceptoria hujusmodi fuerit, præsens extiterit, alioquin locum tenenti ejus intra prædictum tempus hujusmodi juramentum præstare, & ho-magium facere teneantur; quo elapso, sive dictum juramentum, & homagia sint recepta, vel etiam non recepta, liceat prædictis infe-rioribus Præceptoribus, vel ipsorum loca tenentibus ad eorum loca re-dire,

Bulae fundationis.

die, & absque predictorum praestatione, & Regis eiusdem, seu locum tenentis ipsius licentia in bonis administrare libere supra-
dictis.

Voluimus tamen, quod Magister ipse, aut Praeceptor noster
predicti Ordinis Militiae Jesu Christi, seu ipsius locum tenens, co-
suevit, & Praeceptores alii, seu eorum locum tenentes, qui fuerint suo
eodemque Regnis, & terris eiusdem Regis, ad Curias ipsius Regis
suis, & ei, & suis heredibus, ac successoribus omnia faciant,

Ordo Hospitalis Sancti Joannis Hierosolymitani in Regnis pra-
dictis consistens sibi, & praedecessoribus suis facere consuevit, re-
servans etiam omnibus iuribus, & servis praefato Regi, & succes-
soribus suis a praefato Ordine Militiae Jesu Christi praestandis, quae
dictum Rex, & praedecessores sui a dicto Ordine Hospitalis in Re-
gnis praefatis existerent retroactis temporibus habere consueverunt, &
etiam habere noceantur.

Statuimus praeterea, & etiam ordinamus, quod, quoties per
cessione, seu decessum ipsius Magistri dicti novi Ordinis, vel quo-
cumque alio modo eundem novum Ordinem proprio carere Magis-
tro contigerit, aliqua Militaris, & Religiosa persona eundem novum
Ordinem expressè professà, à Fratribus eiusdem novi Ordinis juxta
morem hactenus in Calatravensi Ordine observatum seligi debeat in
Magistrum, qui, absque alia confirmatione, pro confirmato eo ipso
auctoritate Apostolica habeatur, quòdque à tempore vacationis per
eiusdem Magistri obitum, vel alio quocumque modo novi Ordinis
memorati illi Milites, & Fratres eiusdem novi Ordinis bona ipsius in
eodem novo Ordine libere administrarent, quousque eidem novo Ordini
sunt, ut praemittitur, de Magistro provisum, qui juxta observantias

Calatravensis Ordinis (quas circa hoc in praedicto novo Ordine
solumus observari) ad administrationem hujusmodi fuerint deputati,
& nihilominus dicti Procuratores promiserunt se bona fide facturos,
& curaturos, quòd praedictus Rex ea omnia, & singula, prout ad eum
pertinebit, seu pertinere poterit, & debet, approbabit, rata ha-
beat, & grata, aeque servare, & adimplere curabit, ullo unquam
tempore in contrarium non veniturus. Tenor autem procuratorii, seu
mandati dictorum Petri, & Joannis per omnia talis est. Nos Diony-
sius Dei gratia Rex Portugaliae, & Algarbii, constituimus, facimus,
& etiam ordinamus Procuratores nostros veros, legitimos, & suffi-
cientes, ac Nuntios speciales, nobilem virum Joannem Laurentii
Militem, & discretum virum Petrum Petri Colimbricensem Canoni-
cum, familiares nostros, Istorem, seu Istores praesentium, utrumque

Bulla foundationis.

dire, & absque prædictorum præstatione, & Regis ejusdem, seu locum tenentis ipsius licentia in bonis administrare liberè supradictis.

12. Volumus tamen, quòd Magister ipse, aut Præceptor maior prædicti Ordinis Militiæ Jesu Christi, seu ipsius locum tenens, eo absente, & Præceptores alii, seu eorum loca tenentes, qui fuerint sub eodem in Regnis, & terris ejusdem Regis, ad Curias ipsius Regis accedant, & ei, & suis hæredibus, ac successoribus omnia faciant, quæ Ordo Hospitalis Sancti Joannis Hierosolymitani in Regnis prædictis consilens sibi, & prædecessoribus suis facere consuevit, reservatis etiam omnibus juribus, & servitiis præfato Regi, & successoribus suis à præfato Ordine Militiæ Jesu Christi præstandis, quæ dictus Rex, & prædecessores sui à dicto Ordine Hospitalis in Regnis præfatis existente retroactis temporibus habere consueverunt, & adhuc etiam habere noscuntur.

13. Statuimus præterea, & etiam ordinamus, quòd, quoties per eessionem, seu decessum ipsius Magistri dicti novi Ordinis, vel quocumque alio modo eundem novum Ordinem proprio carere Magistro contigerit, aliqua Militaris, & Religiosa persona eundem novum Ordinem expressè professà, à Fratribus ejusdem novi Ordinis juxta morem hætenus in Calatravensi Ordine observatum seligi debeat in Magistrum, qui, absque alia confirmatione, pro confirmato eo ipso auctoritate Apostolica habeatur, quòdque à tempore vacationis per ejusdem Magistri obitum, vel alio quocumque modo novi Ordinis memorati illi Milites, & Fratres ejusdem novi Ordinis bona ipsius in eodem novo Ordine liberè administrarent, quousque eidem novo Ordini fuerit, ut præmittitur, de Magistro provisum, qui juxta observantias dicti Calatravensis Ordinis (quas circa hoc in prædicto novo Ordine volumus observari) ad administrationem hujusmodi fuerint deputati, & nihilominus dicti Procuratores promiserunt se bona fide facturos, & curaturos, quòd prædictus Rex ea omnia, & singula, prout ad eum pertinebit, seu pertinere poterit, & debet, approbabit, rata habeat, & grata, eaque servare, & adimplere curabit, ullo unquam tempore in contrarium non venturus. Tenor autem procuratorii, seu decreti dictorum Petri, & Joannis per omnia talis est. Noverint universi præsentis procurationis litteras inspecturi, quòd nos Dionysius Dei gratiâ Rex Portugaliæ, & Algarbii, constitutum, facimus, & etiam ordinamus Procuratores nostros veros, legitimos, & sufficientes, ac Nuntios speciales, nobilem virum Joannem Laurentium Militem, & discretum virum Petrum Petri Colimbricensem Canonicum, familiares nostros, latorem, seu latores præsentium. utrumque

ipforum in solidum, itaque non sit melior conditio occupantis, sed quod unus incoperit, alter mediare valeat, & finire, super quibuscumque gratiis pro Nobis, & dictis Regnis nostris à Sanctissimo Patre, ac Domino Domino Joanne, Divinâ providentiâ Sacrosanctæ Romanæ, ac universalis Ecclesiæ Summo Pontifice, impetrandis; necnon ad tractandam, ordinandam, & compositionem faciendam, seu componendam cum dicto Summo Pontifice, & cum aliis quibuscumque, qui sua crediderint interessè, super omnibus, & singulis bonis, quæ à Fratibus Ordinis quondam Templariorum in Regnis nostris tenebantur, & super omnibus aliis bonis, quæ in eisdem Regnis nostris à quolibet alio Ordine Militari tenentur, seu teneantur consueverint, & super ponendis, seu ordinandis Magistris, seu Magistris in omnibus præfatis bonis, prout dictis Procuratoribus nostris, & cuilibet eorum videbitur expedire, concedentes sibi, & utrique ipsorum plenam, generalem, & liberam administrationem super negotiis prædictis, & quolibet eorundem, & generaliter ad omnia alia, & singula faciendum, & exercendum, quæ circa præmissa, seu præmissorum quolibet fuerint necessaria, seu etiam opportuna, & quæ Nos facere possemus, si personaliter præsentem essemus, etiam si mandatum exigant speciale, promittentes Nos firmam, & ratam perpetuò habituros quidquid per dictos Procuratores nostros, seu per alterum ipsorum actum, seu procuratum fuerit in præmissis, & in quolibet præmissorum, sub hypotheca, & obligatione omnium bonorum nostrorum. In cujus rei testimonium has nostras procuratoris litteras sigillo nostro dependenti fecimus communi. Datum Ulyssipone quarta decima die mensis Augusti. Rege mandante Dominicus Joannes notavit, æra millefima trecentesima quinquagesima sexta. Forma verò juramenti, quod idem Aegidius Martini Magister dictæ Domus Ordinis Militiæ Jesu Christi, & quilibet successorum suorum præstabit, talis est. Ego N. Magister Domus Militiæ Jesu Christi ab hac hora in antea fidelis, & obediens ero Beato Petro, Sanctæ Apostolicæ Ecclesiæ Romanæ, & Domino meo PP. suisque successoribus canonice intrantibus; non ero in consilio, aut consensu, vel facto, ut vitam perdam, aut membrum, vel capiamur mala captione; consilium verò, quod mihi credituri sunt per se, aut per Nuntios suos, sive per litteras, ad eorum damnum, me sciente, nemini faciam. Papatum Romanum, & Regalia Sancti Petri adiutor eis ero ad retinendum, & defendendum, salvo meo Ordine, contra omnem hominem. Legatum Apostolicæ Sedis in eundo, & redeundo honorificè tractabo, & in suis necessitatibus adjuvabo. Vocatus ad Synodum veniam, nisi præpedius fuerit canonica præpeditione.

Bulla fundationis.

14 Apostolorum litteras singulis vicariis visitabo, aut per me, aut per meum Nuntium, nisi Apostolica absolvat licentia. Possessiones vero ad Donum meam, & Ordinem prædictum spectantes non vendam, nec donabo, nec impignorabo; nec denud in feudum, vel aliquo modo alienabo, inconsulto Romano Pontifice; sic me Deus adjuvet, & hæc Sancta Evangelia Dei. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostrarum constitutionum, donationum, concessionum, annexationum, unionum, institutionis, ordinationum, præfectionis, absolutionis, commissionis, dationis, voluntatum, incorporationis, applicationis, & statuti infringere, vel ei ausu temerario contraire. Siquis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, & Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursum. Datum Avenione, Idibus Martii, Pontificatus nostri anno tertio.

ACCEPTATIO, ET RATIFICATIO DOMINI
Regis Dionysii.

Nos verò præfatus Rex, qui pervigili cura solliciti continuo circa indemnitates studiose spectamus subiectorum, voluntariosque labores afflicimus, aut eisdem præparantes quietem, ubi maxime Fides invalescit Catholica, non consideratis opibus, sed meritis iucunda, ac Christiana Religioni zelo ferventi eos cum omni providentia servemus illætos, omnibus, & singulis in nota prædicti Nobis prædictum nostrum Militem præsentata contentis, & per eundem relatæ macula sine vocis, inspectis, intellectis, & efficaciter examinatis, ac diligenti deliberatione habita super eis, considerantes præfatum ordinationem de prælibato Ordine Militiæ Jesu Christi, utpotè sanctè, & providè institutam, ad Dei servitium tendere, & honorem, Divinique cultûs augmentum, & exaltationem Fidei Orthodoxæ, & Regni nostri Algarbii, subditorumque nostrorum statum pacificum, & tranquillum, ut per Christi pugiles, tanquam inexpugnabili muro, infidelium bellatorum insultus, & amaritudo vitetur, incurtus opprimatur hostilis, & enervetur immanitas barbarica feritatis, eundem ordinationem per eundem Dominum nostrum Summum Pontificem, sicut præmittitur, institutam, gratam habemus, ac laudabilem reputamus; & assentes eidem, donationes, & concessiones prædictas per dictos Procuratores nostros nomine nostro factas, & præmissa omnia, & singula per eundem facta pro Nobis, & nomine nostro, & gesta, prout ad Nos pertinet, & pertinere potest, & debet, approbamus, ratificamus, ac firma, rata, seu valida, grataque habemus, eaque servare, & adimplere curabimus, ullo unquam tempore in contrarium non venturi. In cujus rei testimonium has nostras patentes litteras per Dominicum Joannis Notarium nostram, ac Regnorum nostrorum Tabellionem publicum, & generalem scribi mandavimus, eaque sigillo nostro plumbeo ad maiorem firmitudinem fecimus communi, ejusdemque Tabellionis signo signari. Et ego Dominicus Joannis Notarius prædictus, ac auctoritate Regali publicus, & generalis Tabellio in prædictis Regnis Portugaliæ, & Algarbii, qui ad instantiam, & mandatum prædicti Domini Regis præmissis litterarum Apostolicarum, & novæ, seu formæ ordinationis prælibati Ordinis Militiæ Jesu Christi per Dominum Summum Pontificem instituti, & de novo creati, dictoque Domino Regi per dictum Joannem Laurentii Militem præsentationibus factis, & etiam gratificationi, assensionem, approbationem, ac ratificationem de contentis in ordinatione prædicta per eundem Dominum Regem, ut præmittitur, præstitis, &

omni

Ratificatio Regis.

omnibus aliis, & singulis ibidem actis, sive gestis unâ cum testibus infra scriptis præfens sui de mandato ipsius Domini Regis, de prædictis omnibus, & singulis supra scriptis has præfentes litteras manu propria fideliter scripsi, & in eisdem signum meum contactum apposui, quod tale est in testimoniura præmissorum. Acta fuerunt hæc omnia, & singula prædicta Sanctærenæ, Ulsibonensis Diocesis, in Aula prædicti Domini Regis quinta die mensis Maii, æra millesima trecentesima quinquagesima septima, sub anno etiam Nativitatis Domini millesimo trecentesimo decimo nono, præsentibus etiam Reverendissimo in Christo Patre Domino N. Divina miseratione Eliborenensi Episcopo, & nobilibus viris Domino Alfonso Sancti Domini de Albuquerque, & Maiordomo præfati Domini Regis, Domino Joanne Fio serenissimo Domino Alfonso Hispani, ac discretis viris Domino Francisco Dominici, Priore Ecclesie Sanctæ Mariæ de Alcaçova Santatensi Ulsibonensis Diocesis, Valasco Martini de Riparia Colimbriensi Canonico, Stephano Aric. Clerico, & Stephano de Guardia prædicti Domini Regis Secretario testibus ad præmissa vocatis specialiter, & rogatis.

TEMPLAR CORPS



templarcorps.org | (c) 2019



TEMPLAR
CORPS

*"Ethics and Service for
a new century"*

templarcorps.org